

* (50) *

Purpureis gratisque nitet nunc floribus arvum,
Svavit & gramineum mulcet odore solum.
Sic variis halas gemmis, dum trudas, Amice,
Ingenii Specimen. Gratulor inde Tibi.
Ergò bonis faustisque avibus conscende Cathedram,
Utque citò veniat messis opima, precor!

Christoph. Philip. Richter / D. Com.
P. C. P. P. Fac. Jur. Ordin. & h. t. Rector.

Magna reos onerans quæ sit præsumptio, tradis,
Es Themidos cultor sedulus atque probus.

*Eximia Dn. Nebringio,
Dissertationis erudite Autori gratulor
& optima quæq; precor*

Georgius Adamus Struve / D.

Indicium doctæ manifestant indolis usûs

Quæ tua tutari niteris *Indicia.*

Hæc tua votivum gratantem pangere carmen
Me Tibi composcunt svaviter indicia.

*Hæc Præstantissimo atq; Doctissimo Dn. Respond.
erudite hujus Disputationis Autori benevo-
lentiâ testanda causâ LMq; adponeb.*

Ern. Frid. Schröter, D.

Dum fers, delicti quænam sint justa patrati
Indicia, ingenii dona probare cupis.
Indicat hoc scriptum, virtutem amplectere solam,
Detestare malum, sic benè cedit opus.

Gratul. scrib.

Johannes Christophorus Falckner.

J. U. D. & Prof. Publ.

Indicium quodnam falsum, quod jure probatum,
Ordine, *Nebringi*, nec sine laude refers.
Est hoc indicium Te non fugitare laborem,
Volvere sed Leges assiduo studio.

Gra-